



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Artic. III. Secunda Corona SS. Virginis est splendor gloriæ ipsius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

tas; subjecta soli DEO, superior omnibus cæteris creaturis.

Si cogitares vel loquereris de illâ solùm, sicut de creaturis Sanctissimis, & summè in gloriâ sublimitatis, nimis id parum esset pro Sanctissimâ Virgine, eòquòd sit ipsa supra omnes creaturas: Si velles cogitare aut loqui de illâ velut de DEO ipso, id nimium pro illâ foret, eòquòd sit infra DEUM; ipsa particularem suam habet in gloriâ ordinem; ipsa totam replet suam Hierarchiam, quæ tenet medium, DEUM inter, & omne id, quod DEUS non est, ubi commune nihil habet, nisi cum solâ Personâ Filij sui Unigeniti: Ipsorum vinculum est inseparabile, ipsorumque gloria non solùm est æqualis, sed est communis utriusque; vel ut melius dicam, uter verbis devo-

tissimi Arnoldi Carnotensis, non nisi est eadem in ambobus: *Filij gloriam cum Matre, non tam communem iudico, quàm eandem.*

Arnoldi;
Carnot.
tractat. de
laudibus
Virg.

Et sic ipsa, quæ aliàs fuit carcer vel ergastulum Majestatis infinitæ DEI, annihilata quasi in castissimo utero ipsius, evasit in Thronum sublimissimum ac splendidissimum ipsius gloriæ: *Sic amor vindicat: O DEVS, quàm bonum est, incidere in manus ipsius! O mi DEVS, quàm bonum est, relinquere se ipsius potentie! faciat nobiscum, quidquid voluerit, nunquam amabilior est, quàm quando se vindicat pro indole suâ. Jam vides, quàm inceperit magnificè, deinceps vide, quomodò ulterius adhuc suas propulerit.*

vindictas.

* *

ARGUMENTUM.

Secunda Corona Sanctissimæ Virginis, est splendor gloria ipsius.

ARTICULUS III.

OMnia tam magnificè resplendent gloriâ in infinitâ Majestate DEI, ut Sanctum Evangelium nobis dicat, ipsum non solùm esse lumen, quòd omnes expellat tenebras: *Quoniam DEUS lux est, & tenebra in eo non sunt ulla: Sed etiam Regis Propheta adjungat, quòd splendor ipsius refulgeat quòque in vesti-*

mentis ejus, & ipse non nisi vestitus sit lumine: *Amictus lumine sicut vestimento.*

Plal. 107.
v. 2.

Et tamen alicujus percipio que-
relas, qui erat ipsius figura, ac si
ex ipsius proficiscerentur ore: *Spo-*
liavit me gloriâ meâ. Sanè vide
te fuit magnum hunc æternitatis
Solem Ecclipsatum in tempore, &
redatum in statum adeò obscu-
rum,

Job. 19.
v. 9.
Nihilomi-
nus Expo-
situs est
suâ gloriâ,
& indatus
confusio-

Eec eec ;

rum,

Deus Essen-
tialiter est
lux & glo-
ria.

1. Joan. 1.
v. 5.

rum, ut nihil apparet in eo vel minimum luminis, nec ullus gloriae aut magnificentiae radius; sed potius tantum abjectionis & obscuritatis, ac species tam contemptibilis, ut Propheta depinxerint ipsum absque formâ, absque decore, nominantes ipsum *opprobrium hominum & abjectionem plebis*: Tune es, ô Majestas infinita, quae essentialiter es Lumen, quaeque imensos producis splendores in te ipso, illósque effundis extra te in creaturas tuas, ut constituas magnum aeternitatis Beatae diem pro omnibus Sanctis tuis? Tune ipse es, quem totum video deformatum? Hem quis te ejusmodi redegit in statum?

psal. 21. v. 7.

Amor contans cum sanctissima Virgine accepit ipsum velut Regem exspoliatum,

Amor est, responderet mihi, Ecce maximarum Victoriarum unam, quam reportavit de me. *De DEO triumphat amor*. Ipse una cum Matre meâ & per illam contemptibili modo sacco induit carnis mortalis; Et ego, qui amictus eram lumine, tam profundis inveni involutum me tenebris, ut aspiceretur in me nec minimus gloriae meae radius, & apparerem in teris vultu novissimus hominum. Amor Omnipotens cum Matre meâ, & ipsa cum amore exspoliavit me meae splendoribus gloriae: spoliavit me gloria meâ. Non dico, quod omninò ademerit mihi ipsam; siquidem tam essentialis, tamque necessaria ipsa mihi est, ut impossibile sit, me magis illam perdere, quam Divinitatem

meam. Sed illa me hâc exspoliavit, sicut qui exspoliaret alquem Regem purpurâ suâ, ipsumque indueret non nisi vestimento vili & abjecto; non desineret is quidem esse Rex, esset tamen Rex exspoliatus, & probrosissimè acceptus; Sicque vili amictus, quem accepi à Matre mea, me reddidit incognitum, meque exposuit contemptibus hominum.

Sed de hoc vindicabo me eâ ratione, quâ amor se vindicat; pro amictu tam vili, quo obvelavit ipsa splendores gloriae meae in vitâ mortali, ipsam in aeternum vestiri volo splendoribus Divinitatis meae: ita loquitur hâc super te Sanctus Bernardus: *Vestis illum substantia carnis tuae, & vestit ille te Gloria Majestatis tuae*. Admiranda sanè amoris vindicta; eòquod conculsent ipsa Solem divinum veluti sacco, illumque in purissimo suo absconderit Utero, ipsa vestietur Sole, ipsoque pretiosissimè videbitur adornata in conspectu omnium Creaturarum; in magnificentia triumphu sui: Sol erit paludamentum ipsius Regale, & amictus gloriae ipsius: *Mulier amicta Sole*.

Et nonne splendidissimo hoc ornatu amictam à se visam esse in caelo, affirmat in Apocalypsi Sanctus Joannes? Et signum magnum, inquit ipse, apparuit in caelo; *Mulier amicta Sole*: Et qua prodigiosa hæc visio ostensa ipsi fuit post Assumptionem Sanctissimæ Virginis, dubi-

3. Bernardus de Verbis Apost. Vindicta amoris.

Apoc. 11. v. 11.

Sanctus Joannes vidit ipsam amictam sole, & hic sol est lumen gloriae.

Totum men gl... de hu... Domi... pze app... cec tot... micta C...

dubitari quasi non potest, quin ipsamet fuerit in personâ, quam ille aspexit in pleno splendore gloriæ suæ. Sed ingens hæc lux, quæ circumfulsit illam in formam amictûs, non erat sol materialis, qui illuminat totum inferiorem hunc mundum, sed alius quidam erat multò nobilior absque comparatione: Et quid judicari potest, nisi quòd sit lumen gloriæ, de quo loquuntur Theologi, quando dicunt, quòd creatura capacitatem non habeat aspiciendi Deum, nisi eleuetur supra conditionem suam naturalem; quòdque, licet essentia divina ex se ipsâ sit summè visibilis, eòquòd infinita quædam lux sit, nihilò minus sicut oculi nostri Corporales virtutem non habent aspiciendi in facie solem in plenâ suâ meridie, ita adhuc magis impossibile sit cuicumque intellectui creato clarè aspicerè essentiam Dei in Majestate gloriæ suæ, solâ virtute suâ naturali.

Opus igitur est, ipsum attolli

supra se ipsum; opus est ipsum firmari & roborari virtute quâdam supernaturali; Et hæc virtus est qualitas proorsus divina, quam appellant lumen gloriæ, quod sermè confert intellectui, ut reddat illum capacem ad intuendum clarè pulchritudines divinas, quòd confert lumen solis oculis nostris ad conspiciendum pulchritudines mundi: nisi quòd non sit nisi unum idèaque lumen pro cunctis oculis Corporeis, sint tamen tot particularia & inæqualia lumina gloriæ, quæ sunt Spiritus Beati, qui instituentur faciem Dei in cælo. Quilibet habet portionem suam limitatam, majorem vel minorem juxta merita sua, & mensura beatitudinis ipsorum æternæ est omninò illa luminis gloriæ, quòd ipsis confertur ad videndum magis vel minus perfectè essentiam Dei; Sed pro Sanctissimâ Virgine nulla illius est partitio, nulla pars, nulla portio.

☩ (O) ☩

§. Unicus.

Tota abundantia Luminis gloriæ communicata est Sanctissimæ Virgini.

Totum lumen gloriæ dicitur magis huic Dicitur, quæ appare. tota a. ista sole.

Nonne dici hic potest respectu gloriæ, quòd Sanctus Hieronymus dixit de gratiâ? Cæteris per partes, in MARIAM verò totius gloriæ, quæ in Christo est, plenitudo venit. Habeant omnes alij Beati gloriæ hujus particu-

lis, sed totam plenitudinem, quam habet ipsemet JESUS Christus, habeat Sanctissimâ Virgo absque ullâ imminutione, eòquòd gloria respondeat gratiæ. Siquidem dum nobis dicitur, ipsam totam amictam esse sole, per hoc nonne no-

bis

bis insinuatur, ipsam esse in caelo gloriæ, quod sol est in caelo hujus mundi visibilis? Videre est innumeras stellas, quarum qualibet habet parvum suum punctum luminis, majoris vel minoris juxta illarum magnitudinem. Sed non nisi ad solera spectat luminis illius inexhaustum esse fontem, ipsamque solum habere illius tantam plenitudinem, ut omnia cætera astra simul conjuncta, non possint adæquare ipsam. Sic sanctissima Virgo est sol in magno æternitatis die, & omnes cæteri Sancti tum homines, tum Angeli, non sunt nisi stellæ, habentes quidem parvum quoddam punctum ac portionem sui luminis, sed tota simul illorum unita multitudo non adæquabit illud solis, id est, sanctissimæ Virginis.

Non dicitur, quod illa sit ipsemet Sol, refulgens proprio suo lumine, eò quod ipsa non sit Deus; sed dicitur ipsam esse totam amictam sole. Amictus qui contegit & exornat aliquod Corpus, non producit à corpore ipso, sed aliunde ipsi venit; nihilominus tam propè accedit ad Corpus, tam bene accommodat se ipsius mensuræ, ut corpus & vestimentum, quo illud induitur, æqualis sint magnitudinis, & unum non sit majus altero. O sanctissima Virgo! Mater Admirabilis, quid judicandum de te, dum dicitur nobis, te esse amictam sole? Quis igitur compre-

hendere possit immensam magnitudinem gloriæ tuæ? Sol totus integer non nimis est magnus conficiendo amictui tuo: An es igitur ejusdem cum ipso magnitudinis? Tota gloria Filij tui Unigeniti, quæ in morem vestimenti circumdat te, teque pulcherrimis ipsis condecorat ornamentis, non suâ excedat te magnitudine? Tota plenitudo gloriæ, quæ est in JESU CHRISTO, est igitur in MARIA, sicut dicebat Sanctus Hieronymus de gratiâ. O Majestas! O magnificentia! O immensitas gloriæ Matris Dei, quàm es incomprehensibilis!

Sed nonne ipsamet te muncupabas humilem Ancillam Domini? quæ apparuisti in terris tantæ paupertatis, tamque abjectæ conditionis, ut non esses uxor, nisi simplicis cujusdam Fabri lignarij; Et quod abjectum magis est, eras Mater Filij, quem ita oderant omnes & contemnebant, ut mori debuerit velut sceleratus confixus in cruce. An ipsamet tu es, quam hoc in statu aspexit mundus? Quis igitur te extulit ad tam sublimem honoris & gloriæ gradum? Quis te ita locupletavit? Quis tam specioso te induit amictu? Ipsamet ille, inquiet tibi, quem indueram amictu tam vili & abjecto, ut apparuerit velut unus è peccatoribus, adeò ut Pharisei dicerent: *Nos scimus, quia hic homo peccator est: Ipsemet ille, quem suâ exspoliavi glo-*

gloriâ, exaltavit me, meque innu-
meris replevit bonis. *Sic amor vindicat*: O Amor sancte, quàm amabiles sunt vindictæ tuæ! O quàm sunt desiderabiles! Tu gloriæ tibi sumis, reddendo semper bona pro malis. Eheu! Cum igitur indies tanta ego mala perpetrem, ejusmodi vindictam sume de me; ut postquam tot criminibus me reddidi obnoxium, recipiens majorem misericordiarum tuarum abundantiam, in æternum cantare possim: *Sic amor vindicat*. Ecce admirabiles vindictas factati Amoris Dei mei.

Quomodo
Sanctus Jo-
hannes vide-
re potuerit
sanctissimam
Virginem.
Quomodo
videt.

Emerfit hic difficultas non par-
va: Quomodo videri & aspici pos-
sit persona veftita sole? Nonne
dispareat ex eo, quod appareat
tantò eum splendore? procul du-
bio non videretur ipsa, sed nil vi-
deretur, nisi sol. Quomodo igitur
intelligendum id, quod dixit
Sanctus Johannes, vidisse se sanctis-
simam Virginem in cælo totam a-
micciam sole? Id oritur ex admira-
bili oculorum vivacitate, quâ pol-
let hæc inter Evangelistas aquila vi-
sujus penetrare potuit in ipsum si-
num Patris æterni, ad videndum ibi
Nativitatem divinam Filij ipsius
Unigeniti; non igitur est mirum,
quod etiam discernere & distingue-
re potuerit Matrem à Filio suo Uni-
genito, in medijs splendoribus ip-
sius gloriæ, quibus velut amictu
fuerat circumfusa. Sed Sancti Pa-

tres, quibus tanta non erat ocu-
lorum acrimonia, sicut ipsi, tantò
splendore gloriæ se offusos & offu-
scatos invenire, dum aspicere ip-
sam in hoc statu voluerunt; hinc
etiam nihil viderunt, nisi pulchri-
tudinem quandam, quam admira-
bantur, nisi splendores gloriæ, qui-
bus attoniti reddebantur & stupefa-
cti, quos comprehendere non po-
terant, multò minùs verbis expla-
nate.

Sanctus Gregorius Nicomediens-
sis, totus abreptus videbatur extra
seipsum, mentis suæ oculis aspi-
ciens sanctissimam Virginem; non
enim videre erat nisi admirationes,
nisi amoris languores, nisi exclama-
tiones, quas mentis abreptio po-
tius traxit è corde, quàm ore ip-
sius; non enim erant nisi verba in-
tercisa & absque conjunctione,
quæ nihil dicebant, nisi quod ni-
hil de ipsâ dicere poterant. *O pul-
cherrima pulchritudo pulchritudi-
num! O DEI Genitrix pulchrorum
omnium summum ornamentum.*
Judica, è quali affectu & sensu pro-
ficisci poterant hæc verba, & quàm
ardens debuerat esse fervor, quàm
profunda reverentia, quàm tene-
ra devotio, quæ exhalare faciebant
illa ex intimo cordis ipsius. De-
primamus hic oculos, nosque ab-
stondamus præ pudore, dum aspi-
cimus vecordes & ignavos affectus
cordis nostri in comparatione cum
affectibus ipsius; sed ut ipsos e-
mendemus, revertamur, & de no-

Admiratio
Sanctorum
Patrum cir-
ca hoc pro-
digium,

vo aspiciamus admirandas vindi- bi unam, quæ minor non est præce-
ctas amoris divini; Ecce ti- dentibus.

ARGUMENTUM.

*Tertia Corona Sanctissimæ Virginis, est absoluta
ipsius potentia in cælo & in terra.*

ARTICULUS IV.

Quando DEUS suam com-
municat gloriam, suam e-
tiam communicat poten-
tiam alicui Beato. Vide-
mus in Apocalypsi, quod Sancti
infinitas dederint Laudes Deo, eò.
quod regnare fecerit ipsos secum in
cælo: *Eecisti nos Deo nostro regnum,
& regnabimus.* Et S. Thomas di-
cit, quod inducantur in possessio-
nem regni sui per claram Visionem
Essentiæ Dei. Sed quomodo con-
cipi & intelligi potest, quod vi-
dendo Deum evadant in Reges,
quibus communicet Deus impe-
rium suum & potentiam suam?
Hic Theologiæ nostræ oraculum
respondet, quod ad hoc oporteat
intellectum nostrum attolli ad or-
dinem naturæ Divinæ, & ut id
intelligat, sic necessariò discurren-
dum esse juxta hoc principium:
philosophiæ: *Operari sequitur esse.*

Quomodo?
Beati fiant
Reges per
Visionē Dei.
Quid faceres, si conferte velles
alicui lapidi facultatem vivendi, se-
nutriendi, crescendi? Oporteret
ipsum attollere supra proprium su-
um esse lapidis, quod est inanima-
tum, & introducere illum in esse

aliud plantarum & arborum, quæ
sunt entia animata, & vivunt vitæ
vegetativæ; & si tribuere deberes
plantæ facultatem sentiendi, vi-
dendi, gustandi, sufferendi dolo-
res, quid faceres? Oporteret at-
tollere ipsam supra ordinem plan-
tæ, & inducere ipsam in ordinem
animalium, quæ sensitivam habent
animam; aliàs nunquam perficeret
operationes animalis, cum illis non
habeat esse; *operari; sequitur esse;*
& si oporteret donare aliquod a-
nimali capacitate ratiocinandi, for-
mandi sibi conscientiam, & synde-
resin, quid faceres? Oporteret
omninò attollere ipsum supra con-
ditionem animalis & bruti, illud-
que collocare in ordinem homi-
num, cujus esse est intellectivum
& rationale; *Operatio namque se-
quitur esse;* Ut igitur reddatur ho-
mo capax operationum divina-
rum, quales sunt, videre clarè
essentiam divinam, ipsam con-
templari, ipsam amare, quæ
sunt summè naturales operatio-
nes Dei, quas continuat in æter-
num; quid oporteret facere?
opor-